



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 32. Pontificis monita ad suos Legatos circa Gallorum postulata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

siderandum expositis, ei auctor sit, qua- Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
tenus nova ad Oratores suos man-  
data mittat. (\*)

§. XXXII.

*Pontificis monita ad suos Legatos  
circa Gallorum postulata.*

Insuper Tridentum trans mittebat Pon- Sarp. p. 637.  
tifex censuras, quas de harum peti-  
tionum Articulis diversi Cardinales,  
Prælati, Theologi, & Canonistæ, Romæ  
ferebant, insuper Papa imperabat, ut  
mora, quam fieri possit maxima, inter-  
ponatur, antequam de illa materia  
verba fiant, præcipue cum aliunde ar-  
ticulus de residentia, & abusus circa  
Sacramentum ordinis irrepentes in mul-  
tos dies Patrum sollicitudinem disten-  
tam tenerent. Hanc ob causam Le-  
gati Franciæ Oratoribus desuper nul-  
lum dedere responsum.

His

(\*) Omisit Continuator ex Sarpio refer-  
re, quod Pontifex eidem Cardinali Ferrariensi  
negotium dederit, ut *quadraginta illa coro-  
natorum millia sine ulla conditione Galliarum  
Regi relinqueret.* Hæc forte omissa fuere,  
ne manifestum fiat, quod Pontificis benefi-  
cia non nisi novis molestiis fuerint com-  
pensata.



Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

His postea Pontifex addebat: „si  
 „tamen necesse judicaveritis illos ar-  
 „ticulos proponere, incipiatis ab iis,  
 „qui minus adferunt præjudicii, quales  
 „sunt, qui ad mores, & doctrinam per-  
 „tinent: diserte vero de ritibus, &  
 „beneficiis agite: si autem omnino hæc  
 „deberetis referre, prius de objectio-  
 „nibus, quæ opponi possent, cum Præla-  
 „tis Sedi Apostolicæ addictis conferte,  
 „ac tunc demum articulos discuti-  
 „dos, ac disputandos proponite; inte-  
 „rea ego, quid amplius constituerim,  
 „edicam: „ Ceterum sub idem tempus  
 Pontifex Legatis suis decretorum for-  
 mam transmisit, quam non modo cir-  
 ca institutionem, sed etiam residentiam  
 Episcoporum confici jusserat.

§. XXXIII.

*Lotharingii Cardinalis fides Oratori-  
 bus Gallis suspecta.*

Pallav. l. 19.

c. 14. n. 6.

Lettre de

l'Isle a la

Reine 14.

Jan. dans

les Mem.

de Trente

p. 375.

Ex hisce decretis graves oriebantur  
 tumultus, ut supra meminimus;  
 harum vero omnium dissensionum cul-  
 pam Legati haud immerito in Franciæ  
 Oratores rejiciebant; hi enim formulæ  
 a Lotharingio Cardinali conceptæ a-  
 crius obsistebant, non minus ac illi de-  
 creto, ubi statuebatur, quod Pontifici  
 juxta Synodi Florentinæ definitionem  
 Ecclesiam universalem regendi auctori-  
 tas